

VERA VTRIVSQ;
ECCLESIAE
CONCORDIA

CIRCA PROCESSIONEM SPIRITVS SANCTI
Tractatus Secundus.

Regali Personæ, ac Singulari Altitudini, Sereniss. Infantis Hispaniarum

DON FERDINANDO

S. R. E. CARDINALI EMINENTISS.

ac Domino semper Colendis. dicatus.

AUCTORE

IOANNE BAPTISTA CATUMSTRITO

Rhegyno Italograeco Deutereo olim; mox Canonico, & Vicario Generali

CRASSETANO in Hetruria.

*Este Libro es del Viso de Fr. Juan, Arzobispo de Granada
Granada, y le compró por el de plata en el Real de ados
Abril de 1726*

Qui supra



VENETIIS, M. DC. XXXIII.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

Sum. Ioh. Bapt. Catumstrito Auctoris.

V E R A

VTRIVSQUE ECCLESIAE

Concordia circa Processionem Spiritus Sancti

Tractatus Secundus dicatus

Serenissimo Principi, Regaliq. Personæ, ac singulari Altitudini

DON FERDINANDO
INFANTI HISPANIARVM,

ac S. R. E. Cardinali Eminentissimo.

*Sub censura celeberrima, nulliq. secunda, Scholæ Salmaticensis, ac Illustriss.
& Reuerendiss. Episcopi Cordubensis Patris Dominici Pimentelli.*

Auctore IO. BAPTISTA CATVMSYRITO Italogræco Rhegyno S. T. D.

CAPVT PRIMVM.

Synopsis totius Quæstionis paucis perstricta, sed fusius infra probanda, quod inter Græcos, & Latinos circa Processionem Spiritus Sancti, nulla sit vera, & realis contradictio, neque contrarietas, nisi solum verbalis, seu vocalis, ut expressè testatur Scotus in prim. dist. 11. q. 1. siue cum Latinis dicatur Spiritus Sanctus procedere à Patre, & à Filio; siue cum Græcis dicatur Spiritus Sanctus formaliter procedere à Patre, seu à solo Patre per Filium, ex Concilio Florentino,



Lacet hic, Candide Lector, paucis totam quæstionem perstringere, ad animi ambiguitatem, omnemq; molestiam tollendam, ne vsq; in finem Tractatus, anceps mens expectet tanti nodi, ac difficultatis grauissimæ dissolutionem: quæ totam ferè Ecclesiam Catholicam diu vexauit, non penetrando sensum SS. Patrum Græcorum, à quibus præuè intellectis, aliqui etiam Græci, ne dum Latini deuiant, dum neq; admittunt Spiritum Sanctum procedere à Filio, neq; per Filium, quod lacrymis potius, quam atramento scribendum ac referendum ellet.

Probandum est itaq; ex S. Th. 1. p. q. 36. veram esse doctrinam Subtilissimi Doctoris Scoti in primam d. 11. q. 1. §. In ista quæstione processionis Spiritus Sancti dicuntur Græci discordare à Latinis, ut videntur auctoritates Damasceni sonare. Sed si forte duo Sapientes, vnus Græcus, alter Latinus, uterq; verus amator veritatis, & non propria dictionis, de hac visa contrarietate disquirentes, pateret utique ipsam contrarietatem non esse veraciter veralem, sicuti vocalis est. Alioquin vel ipsi Græci, vel nos Latini sumus vere Hæretici. Verissimè igitur est, quod non subest dictis contrarijs discors sententia. Multipliciter n. hoc dicitur esse huius, vel ab hoc, seu ex illo. Quam multiplicitate fortè intellecta, & distincta, pateret utiq; quod contrariorū verborum non sit discors sententia, &c. Quid clarius, quid uè rectius dici potest? ecce admirabilem distinctionem Subtilissimi Doctoris Scoti, circa multiplicem, æquiuocamq; significationem genitiui casus, quam multi non aduertunt.